2. Vis armata, R. A. *An. 1551. §.* Dieweil aber. *Mynſ: 3. obſ: 98 n. 4.* Qvæ etiam eſt ſi juſtus ſubſit armorum metus *l. 5. Ad. L. Aqv:* *Geil. 1. p. p. 2. n. 3.* Immo etiam armis vim intuliſſe qvis dicitur etiamſi armis qvibus venit non eſt uſus *l. 3. §. 5. d. vi. & vi. arm.* Ad vim vero non ſemper reqviritur coadunatio hominum. Ideoq; ut qvis dicatur in pacem publicam deliqviſſe vel unus ſufficit; ut colligitur ex verbis berauben/ fahen/ vorſchub thun/ Atzen/ Tráncken: qvæ in uno verificari poſſunt. Secus ſi dicatur pacem turbaſſe vel fregiſſe. Sic enim verba innuunt: das niemand den andern befehden/ befriegen/ vberziehen/ belagern. *Auct. deciſ: Camer. lit. P. verb. Pax. v. Aliud & v. Breviter.* Hæ tamen duæ qvalitates non in omnibus probandæ veniunt delictis, nec qvilibet Actor ad earum probationem eſt adſtrictus, licet enim qvoad declarationem 2.

 delicta,

delicta banno ſtringenda conveniant: tamen in modo accuſandi differunt, & aliis. *Vid. Geil. 2. p. p. 5. n. 12. & car. 16.*

3. 3. Dolus. Sic enim verba: Vorſetzlich/ frevenlich/ gefehrlich/ *Käyſ. Landfr. Ao. 1548. §.* Als Weiland R. A. *Ao. 1551. §.* dieweil aber. Qvia vero Dolus eſt qvid latens & in animo conſiſtens *Menoch. 5 præſ. 3 n. 44.* cujus difficilis eſt probatio *Burſat. conſ. 40. n. 63 Boer. deciſ. 101. n. 3. Jas: 4 conſ: 141.* ideo ad eum probandum præſumtiones & conjecturæ ſufficient. *l. Dolum. C. d. dolo. Caſtrenſ. in. l. qvod Nerva. D. Depos.* qvæ proveniunt ab exterioribus actibus: Interiora enim per exteriora cognoſcuntur *Schurff: 3. conſ. 97. n. 7.* puta ſi adpareat vis publica, coadunatio hominum, manus armata, incendium, invaſio alieni territorij *Salic. in l. Senatus. C. de his qvi ſib. adſcrib. in teſtam. idq; adprobatum in* R. A. *Ao. 1594. §.* Ebenermaſſen. *P. Frider. 1. de Proceſs. 23. §. 5.*

Et hæc locum habent ubi ordinarie proceditur: Ceterum Summarij Proceſſus formam & typum *vide ap. Swanman. 2. proceſſ. Cam. 16. n. 4. & ſeqq.* Cognitionem cavſæ excipit Sententia: qvæ ſeqventi fertur modo. Protonotarius ex libro ſententiarum omnia patrata facinora Accuſati narrat, cum hac denunciatione, ut omnibus iis probatis Accuſatus vigore conſtitutionum in bannum declaretur. Lecta itaq; per Protonotarium hac in publica avdientia ſententia Judex Cameralis cum Aſſeſſoribus confeſtim aſſurgit, denuo ſub dio in foro Accuſati commiſſa ſcelera exponit, in bannum declarat, conceſſa omnibus in vita & bonis offendendi libera facultate. Qvibus peractis ſcedulam diſcerptam in terram projicit: Poſt hæc ubiq; literæ bannitoriæ affiguntur. *Noe. Meur. Proceſs. Cam. p. 2. tit.* Von Proceß der Acht. *§.* zum dritten. Bannitus vero per annum in Banno perſeverans

vel

vel ad petitionem læſi vel ex officio excommunicandi. Käyſ. Landfr. an. 1521. §. Item ob den entſetzen uñ wollen wir. Jus Saxonicum hac in parte vide apud Kling in tractat. ut. Von den Acht oder verfeſtung Landrecht. &c.

C.) Ne enim lata ſententia præpoſtere & incondite exſecutioni daretur, qvovis ſine ordine ad exſecutionem prolabente, ſacratiſſimi Imperatores certum qvendam eumq; legitimum exſeqvendi modum præſcripſerunt in Erklärung deß Landfriedens zu Nürenberg *Anno 1522.* *Et in ordinatione Cameræ p. 3. tit. 49.* C.

D.) Non ſufficit leges eſſe in aliqva civitate, niſi ſint qvi jura exſeqvantur *l. 2. §. poſt originem D. d. orig. Jur.* Ad exſecutionem ergo reqviritur: ut electo Duci qvatuor Conſiliarij adjungantur: Socii ad inſtantiam auxilium præſtent: facinoroſos vel Magiſtratus loci, vel Dux circuli conqvirat, eorum bona occupet denunciatiatione Imperatori vel Cameræ facta, pœnaq; ſceleratis infligenda, Erklärung deß Landfriedens: *tit.* So zu friſcher That. Differunt tamen in exſecutione Bannum Delicti & Contumaciæ: De qva differentia vide poſt ordinationem Cameræ *p. 3. tit. 49. Gail. 2. p. p. 6. n. 8. Et c. 17. l. 2.* Qvid in Banno Rotwilenſi obtineat; patet ex Hoffgerichts Ordnung zu Rottweil *p. 2. tit. 13. in fin.* Ceterum plura de Exſecutione vide plenè in dicta declaratione Anno 1522. D.

Ne vero etiam impunis maneat Bannitus reſpectu bonorum extra Imperium ſitorum, Imperator vel Camera Domino illius territorii ſcribere ſolet, ut exſecutionem in iis faciat; propterea qvod una Juriſdictio aliam adjuvare debeat *l. à Divo Pio §. ſententiam Romæ: de Re judic. ubi Dd.* R. A. *Ao. 1566.* §. Vnd da einiger Stand R. A. *Ao. 1567.* §. So haben vns die von Kreiſſen Mortuo avtem ante exſecutionem Bannito ea non transfertur in heredes,

ſed

ſed novæ exſecutoriales ſub pœna pecuniaria contra hæredes decernuntur Mynſing. 2. obſerv. 8.

VI.

Finis eſt, ut pax publica (a.) conſervetur: maleficia puniantur, & delinqventes debitæ ſubjiciantur pœnæ (b.)

A. Ad boni Principis officium pertinet, futuris diſſenſionum periculis occurrere, & ſubditos in concordia & pace conſervare *Novell. 8. & Novell. 85.*

B. (b.) Intereſt qvippe Reipubl. *l. 31. Depoſ. l. ſtichum §. 1. de Solut.* Nec n. domus avt Reſpubl. ſtare poteſt ſi in ea nec recte factis præmia exſtent ulla, nec ſupplicia peccatis *Cic 3. de natur. Deorum* ut qvos ipſa natura retinere in officio non poteſt in magnitudine pœnæ maleficia ſubmoveantur *Id. pro Roſc.*

VII.

Effectus ſunt tam reſpectu perſonarum qvam rerum (a.) adeoq; vel extra judicium (b.) vel in judicio (c.) & vel intuitu ſucceſſionum (d.) vel contractuum (e.)

A. Sententia enim banni fertur adverſus reum tam qvoad perſonam qvam ejjus bona.

B. (b.) Primo perdunt qvæ ſunt Juris Civilis *l. in amiſſione §. qvi deficiunt de cap. min.* & ſic qvoq; Jus agnationis *§. fin. I. de legit. agnat. tut.* non avtem qvæ ſunt Jurisgentium *l. 17. §. 1. de Poen. Curt. Jun. conſ. 100. n. 3.* deſinunt eſſe cives *Br. in l. fin. per illum textum de Legation. ſc.* qvoad commoda non qvoad onera. *Roman. Conſ. 73. n. 4. v.* hæc *avtem, Coepoll. Conſil. Crim. 76. col. 2. pr.* habentur pro mortuis *Dd. in l. 1. C. de hæred. inſtit.* & proinde banniti uxor vidua

vidua habeatur. *Gail. 2. p. p. 16.* ut filiis ſit dandus Curator *l. 6. §. 4. de tutel.* Non vero cum ea adulterari licet. *Anton. de Padill. in l. tranſigere n. 73. C. de tranſact. & niſ. de furt. §. animo. n. 74.* Cum bannitis nulla converſatio habenda *l. 2. ff. de pœn.* qvia ſunt extra protectionem *Hoping. Diſſ. de jur. Protect. Concl. 61. lit. b.* Käyſerl. Landfr. *Ao. 1548. t. 3.* habentur pro fugitivis *Bl. in l. 1. col. 3. C. qvi bon. ad. poſſ.* vagabundis *Ludov. à Pegvara Deciſ. Crim. c. 3. n. 9.* non gavdent privilegiis nundinarum *l. 1. C. de nundin. Peck. de Jure ſiſtend. c. 10. n. 7.* neqveunt admitti ad honores *l. 2. C. de Dignit. Beat. Anton: tr. de irregular. c. 6. n. 14.* ſine licentia ſuperioris in territorio ubi ſunt banniti ſepeliri *l. 1. & 2. ff. de Cadaver. punit. P. Caball. reſol. Crimin. caſ. 83. n. 1.*

(C.) In eo experiri volens non avditur *l. is qvi reus: de publ. Jud. Vigel. in method. obſerv. Camer. lib. 2. c. 8. reg. 20. Landr. lib. 3. art. 16.* Princeps etiam ſev ſtatus Imperii perdit privilegium primæ Inſtantiæ ut tam à mediatis qvam immediatis in Camera conveniatur. *Gail. 1. obſ. 1. n. 39. Herm.* zur Meyden *Diſp. ad Ord. Cam. 2. & 25.* Ita Judicatum in cavſa Comitis de Hoyen contra civitatem Bremenſem. *Roſacorp. pract. forenſ. c. 34. in fin.* De jure etiam camerali actio ante bannum Inſtituta continuari neqvit ita factum in cavſa Goßlar & Burchard von Salder Conſorten: Contra Braunſchweig *19. Mart. Ao. 1541. Gail. 2. p. p. 12. n. 11. Mynſ. 3. obſ. 30. Roſac. d. l.* nec bannitus procurator *Hillig. 18. D. E. 11. lit. b.* nec banniti procurator admittitur *Jacob. de arena de bannit. n. 28.* Reconventio etiam regulariter denegatur *Gail. 1. p. p. 12. n. 4.* Sic Judicatum in cavſa Helfenſtein Contra Ulm *Ao. 1551. 18. Octobr.* in Cauſa Bodenhauſen contra Erneſtum Ducem Brunſvicenſen 8. *Mart. Anno 1555.* Niſi partium id fiat Conſenſu *l. 2. §. ſed ſi agant ff. de judic.* ita factum in cavſa Abbatis S. Blaſij contra Comitem à Lüpfen 22. Febr. Ao. 1552. Hoc tamen non

D proce-

procedit ſi criminaliter conventus civiliter reconventionem intentet *l. fin C. de ord. judic.* Sic reconventio rejecta fuit in cavſa Nürnberg contra Bamberg 18. Jan Ao 1552. Qvid de exceptionibus dicendum? Eas ubi excipiens non ſolum eſt reus ſed & actoris vices ſuſtinet: puta qvod non poſſit ſtare in Judicio, qvalis eſt exceptio Compenſationis &c, denegamus *c. cum inter X. de Except.* qvæ vero mero nituntur Jure defenſionis admittimus. *arg. cap. dilecti c. ſignificavit X. de except.* Sic Epiſcopus B. licet bannitus tamen per procuratorem ſe Spiræ defendere potuit. *Reſa. corp. c. 34. circ. fin.* Præterea bannitus à teſtimonio repellitur *Br. in l. ictus fuſtium de his qvi not. infam. Maſcard. de probat. Concl. 1356. n. 38.* Notandum avtem hanc actionem Pacis publicæ ſpacio 20. annorum tolli, *Gail. 1 p. p. 20. n. 35.* Ita denegati Proceſſus Gerhardo Ocken contra Gerhardum de Galeen *Ao 1542.* Et id qvoq; extendimus ad Inqviſitionem *Farinac. qvæſt. 10. n. 3.* Sed qvid Juris Elapſis 20. annis agitur ex conſtitutione pacis publicæ non oppoſita exceptione præſcriptionis, nunqvid Judex condemnabit, vel defectum partis ſubminiſtrando hanc exceptionem ex officio ſupplebit: Et omiſſa ſuppletione Judicium ſubſiſtere ſtatuo cum *Gail. 1. p. p. 6. fin. n. 35. & Mynſ. obſ. 35.* Sic Decreti Proceſſus ſuper fracta pace & mandatum de reſtituendo ad poſtulationem Annæ Meyern contra civitatem Noviomagum *Mynſ. d. l. Düſ. Teſarr. Deciſ. 108. n. 3.*

D. (d.) Qvæ ſunt vel Univerſales vel Particulares & vel ſperantur vel ex teſtamento vel ab Inteſtato. Ergo heredes inſtitui neqveunt. *l. 1. C. de hered. inſtit. Davth. de teſtam. fol. 341. n. 298.* & ſi de Facto inſtituti fuerint bona non ad fiſcum, ut vult. *gl. in l. 1. C. de hered. inſtit.* ſed alios ſucceſſuros pertinebant *l. 70. de adqvir. hered. Donell. Com-ment. 17. & ibi Hilliger. Villalob. Comm. Opin. lit. d. n. 62. Vaſq.*

3 Contr.

3. Contr. Illuſtr. 102. n. 3. Teſtamentum condere non poſſunt *l. 8. §. 1. qvi teſtam. fac. poſſ. Zab. in apolog. contra* Eck. nec Codicillos, *Rolandin: de Codicill. n. 6. Vaſ. de Succeſſ. progreſſ. §. 30. n. 32.* nec ab inteſtato ſuccedere. *Graſſ. 1. recept. Sent. §. Succeſſio ab Inteſtato n. 2.* ſed hereditas ad alios proximiores ab Inteſtato venientes devolvetur *l. 5. C. ad L. Jul. Maj. Junge l. 22. §. 5. ff. mandat. & Farinac. tr. Crimin. q. 25. n. 139.* Denegata ergo Univerſali ſucceſſione etiam particularis negabitur *per l. ſciendum 2. de Legat. 1.* Ipſis non poteſt legatum relinqvi *Burſat. Conſ. 48. n. 27. vol. 1.* legato penes heredem manente *Nevizan. conſ. 23. n. 5. in fin. Bertazzol. Conſ. 510. n. 10. lib. 2.* nec fidei commiſſum *l. 1. de legat. 1.* exſecutores ultimæ voluntatis fieri neqveunt *Joh. Jacob. à Canib. de exſec. ult. volunt. prim. tract. part. n. 48.*

(*e.*) Illi ſunt vel Jurisg. vel Civilis: Hos omnes in perſona banniti interire ingenue fatemur: Sunt vero Obligationes ex contractibus ortæ vel activæ vel paſſivæ: Illas etiam perdere ſtatuimus has non item. Käyſers Landfr. *Ao. 1548. tit.* Die Pöen der Friedbrecher *ibi.* darzu auch alle Verſchreibung Pflicht vnd Bündnuß jhnen zuſtehend/ darauff ſie förderung oder Zuſprach haben möchten/ gegen den jenigen die jhnen Verhafft wehren/ ab vnd todt *&c.* Adeoq; occupatores bonorum banniti in obligatione ſuccedunt *l. 3. de ſent. paſſ. l. ſi ut proponis C. de bon. proſcript.* Fidejuſſores avtem priſtino jure conveniuntur *d. ſi deportationis C. de ſent. paſſ. Peregrin. de Jure Fiſci lib. 5. tit. 1.* ſalvis tamen beneficiis fidejusſoriis. *Hering. de fidejuſſ. c. 20. §. 14. n. 29.* Qvod ſi Dominus bannitus fuerit Vaſallus juramento ſolvitur nec adjuvare eum tenetur *c. 1. hic finitur lex & ibi Dd. Jacobin. de S. Georg. de fevd. v. & promiſerunt n. 30.* banno avtem ſublato reconvaleſcit obligatio *d. c. 1.* non tamen interea Vaſallus fevdum alienabit *gl. in d. c. 1. Schrad. de fevd. p. 6. c. 5. n. 16. & 17.* E.

Theſ. VIII.

Perſonæ avtem qvæ banno feriri poſſunt ſunt homines ſeculares mediate (a.) vel Immediate (b.) Imperio ſubjecti (c.) ſive unus (d.) ſive plures; ut Univerſitas (e.) item ſemel bannitus; (f) non avtem perſonæ eccleſiaſticæ (g.) non mulieres (h.) non hæredes defuncti (i.).

A. In cavſis pacis publicæ regulariter exceptiones declinatoriæ fori non admittuntur ſed causſæ immediate per viam ſimplicis qverelæ ad Camerã vel Imperatorem pertinent. *Ordin. Camer. p. 2. tit. 9. rubr.* von Perſonen vnd Sachen *non obſtantibus privilegiis*: Käyſ. Landfr. *Ao 1548. tit.* Auffhebung aller Freyheiten: qvia regulariter remiſſiones denegantur ut patet ex ſententia 19. Decembr. Anno 1515. lata apud Barth. tom. 1 Vrtheil vnd Beſcheid Non ergo Dux Lotharingiæ *P. Frider. l. de proceſſ. 22. §. 1.* Archiduces Auſtriæ *Juſt. Zinzerling. Diſſ. de appellat. 1 69. lit. A Thom. Michael. de Juriſdict. Concl. 13.* Duces Burgundiæ *P. Frider. d. l. Myuſ. 5. obſ. 58. n. 1.* (ſic mandata de non offendendo decreta ſunt in Cavſa Dittrich von Gollem Contra Regem Hiſpaniæ tanqvam Ducem Burgundiæ) privilegiis ſuis ſe tuebuntur. *Gail. 1. p. p. 1 n. 5. & 6.* Ubi tamen Judicium Rothvilenſe Jurisdictionem ſuam coercet per viam appellationis Cavſæ ad Cameram devolvuntur R. A. *Ao. 1570.* §. vnd nach deme vns vorkommen.

B. (b.) Sive ſint ſtatus Imperij ſive alias neminem niſi Imperatorem ſuperiorem recognoſcant R. A. zu Wormbs *Ao. 1564.* §. Vnd wollen Wir als Römiſcher Käyſer. Hæ etiamſi alias habeant privilegium Avſtregarum *de qvo vid. Ordin. Camer. p. 2 t. 2. & ſeqq.* nihilominus tamen in cavſa pacis publicæ ad Cameram vel Imperatorem devenitur.

P. Fri-

P. Frider. de Proceſſ. 20. Vultei. in l. 1. C. Vbi Senator vel Clarıſ. Qvod ſi tamen Princeps aliqvis veniat banniendus ſolet Camera prius hoc negocium Cæſari indicare, ſententiam ejus exſpectatura. Ita factum ubi Elector Imperii Marchio Brandenburgenſis banniri debebat. ut refert. *Magenb. ad Ord. Camer. p. 2. lit. 9.*

(c.) Reqviritur ergo ut Reus Imperio ſubſit: qvod fit vel ſi qvis Imperatorem ſuperiorem recognoſcit, vel ibi domicilium habet *l. 2. C. de Jurid. l. aſſumtio §. filius. l. domicilium: ad municip. Chaſſanæ Conſvet. Burg. rubr. de fevd. §. 3. v. ſed qværitur Col. 2. Proceſſ. exſec. 1. n. 23.* vel ibi deliqvit *c. licet ratione X. de for. comp. Cafferan. Deciſ. 103. n. 2.* vel ibi eſt vagabundus *gl. in l. 1. C. ubi de crimin. ag. op. Gvid. Pap. Deciſ. 262. n. 2. Nevi Zan. in Sylv. nupt. lib 4. n. 104.* C.

(d.) Vide ſupra *th. 5. lit. 6. §.* vis armata. D.

(e.) Videlicet per ſuos Rectores & gubernatores *l. metum §. animadvertendum ff. qvod met. cauſ. & ibi. Dd. l. qvod majori ff. ad municp. & facit textus in c. 1. §. ſi qvis vero & §. In juria d. pac. ten. & Jur. firm.* Tum verò deliqviſſe dicitur, qvando omnes, vel major pars communicato conſilio progreſſi ſunt ad delinqvendum *Br. in l. aut facta §. fin. n. 9. d. pœn. Felin in c. dilectus X. d. ſimon:* Secùs ſi absq; deliberatione: qvia tunc non univerſitas, ſed ſingulæ & particulares perſonæ deliqviſſe dicuntur. Per *l. ſemper §. in ſepulchro ff. qvod vi aut. clam. l. ſiqvis C. de. Epiſ. & Cler. Jaſ. in l. civitas col. 1. ſi certi petat. Cravet. conſ. 21. n. 8.* Ita factum Francofurti: Niſi ratificatio, qvæ fit re, verbis, & tacite *l. Paulus ff. rem. rat. hab. Cagnol. in l. non. vult de R. J.* intervenerit *Afflict. dec. 376. arg. l. 1. §. dejeciſſe d. vi & vi arm. & l. 1. §. ſed & ff. eod. Cacheran. deciſ. 138. n. 4.* niſi vi prohibeatur *l. 1. qvod met. cauſ.* Ita deciſum in cauſa fratrum d. Bulaw contra civitatem Guſtrow Anno 1555. *vid. in. Geil. 2. p. p. 9. n. 5.* & hoc caſu conceditur univer- E.

ſtari per procuratorem comparere *l. tam collatores §. ut autem C. d. re milit. lib. 12. l. 1. §. qvibus & l. 2. qvod cujuscunq; univerſ.* qvo præſente, & probatis qvalitatibus illa perinde, ac privata, & ſingularis perſona bannitur, *auth. item qvæ C. d. Epiſ. & Cleri. c. Romana §. in univerſitate. d. ſent. excomm. in 6.* Ita factum in cauſa Mindeꝛ contra Minden. 4. Novemb. Anno 1540. *Gail. d. l. n. 9.* plerunq; tamen ſumitur ſupplicium de ſingularibus perſonis, qvæ realiter delictum perpetrarunt: Item, qvi fuerunt Rectores culpabiles per *l. non ideo C. d. accuſ. l. non ſolum §. mandato d. injuri. Gomes. 3. variar. reſol. l. n. 54.* ita factum Aqvisgrani. *Clariſſ. Dn. P. Theod. Coll. Crim. diſp. 10. th. 3. lit. d.* Ex delicto, tamen adminiſtratorum civitas obligatur, in tantum qvatenus ad ipſam pervenit aliqvid, vel ex illo locupletior facta eſt *l. ſed & 15. §. 1. d. dol. Loſæ d. jur. Univerſ. p. 4. c. un. n. 49.* Infantes tamen, furioſos, & ſimiles miſerabiles perſonas, qvæ dilicti participes factæ non fuerunt puniri debere dicere durum eſt. *Bertram apud. Dn. Arumæ. vol. 1. diſc. jur. pub. 25. n. 87.* Et harum intuitu pænam ſæpe in pecuniariam converti ex R. A. *Anno 1582. §.* darneben ſol auch *teſtatur Myn ſ. 2. obſ 3.* & hanc ſententiam ad huc ſervari *ex Joh. Ulric. Hamerl. aſſerit Georg. à Buggenum diſ. d. bann. th. 23.*

F. (*f.*) *arg. c. ita qvorundam. c. cum cauſa X. d. ſent. excomm.* Hujus banni effectus potiſſimùm conſpicitur in impetranda abſolutione; Et ſic non una: ſed totidē qvot ſunt banna abſolutionibus opus erit. *Geil. 2. p. p. 11. n. 14.*

G. (*g.*) Poſteaqvam, liberalitate, & munificentia Impp. Cucullus temporalibus bonis farciri, & ad impleri cæpit, cæperunt fieri compatibiles qvalitates Eccleſiaſtica & politica *Goeden. conſ. 30 n. 16.* refert *Sigonius lib. 11. d. regn. itali.* Qvod Arnold qvidam Brixian. vel ideo qvod, Epiſcopis regalia competere negabat *Anno Chr. 1139.* in præ-

ſentia

ſentia 1000. Antiſtitum, hæreſeos damnatus fuerit. Pr[illegible]pterea Eccleſiaſtici Immediatè Im[illegible] reſpectu illorum, ad Inſtar Secularium in C[illegible]cipere tenentur, ut hoc multis præjudiciis [illegible]oloni. Herbip. Abb. Fuldens. ex Gylman[illegible]t. In pæna tamen infligenda diverſitas eſt. Nam delinqventes non banno ſed privatione regalium & privilegiorum Imperij puniuntur. Hujjus differentia pendet ex eo, qvod bannitus denunciatur, & publicatur ſub dio. Privatus autem neqvaqvam, ſed in conſiſtorio, Judice ſedente pro tribunali *Gail. 1. p. p. 8. n. 12.* Deinde, qvod bannum non profertur, ſub comminationibus, & conditionibus: privatio autem admittat: Ita obſervatum cum Archiepiſcop. Bremenſis Chriſtophorus puniretur *Mynſig. 5. obſ. 58. n. 8.* Non tamen prohibentur agere ad bannum per *l. omnibus 4. q. 6.* & generalitatem verborum in Ord. *Cam. part. 2 tit. 9. §.* Wir wollen auch. Sic proceſſus decreti ſunt EpiſcopisBambergenſi & Herbipolenſi contra Marchionem Albertum Brandeburgenſem *Anno 1553.* Item Abbati in Elbingen contra Memmingen & conſortes *Gail. 1. p. p. 8. n. 12. Diſſ. Magenb. ad ordin. Cam. p. 2. tit. 9.*

(*h.*) Nam & hæ ad ſimilitudinem perſonarum Eccleſiaſticarum, non banno, ſed bonis omnibus, beneficiis, favoribus, atqve privilegiis Juris Communis & municipalis privantur *Gail. 1. p. p. 1. n. 6.* & ita factum, cum Agnes im Hoff civis Colonienſis condemnaretur. *Mynſ. 5. obſ. 58. n. 8.* H. I

(*i.*) Sive ante, ſive poſt litem conteſtatam accuſatus obierit *l. crimen ff. d. pæn.* Non tamen prohibentur læſi agere ad reſtitutionem damnorum, expenſarum, imo etiam ad pænam delicto præſtitutam pecuniariam. Käyſerl. Landfr. *Anno 1548. tit.* das die Inſtantz der Landfriedbrüchigen beſchädigung *&c.* I.

Qvia tum non agitur ad impoſitionem pœnæ, ſed ad pœnam á judice Impoſitam exigendam, *Gail. 1. p. p. 29. n. 18.* ea eſt prop ta in Kayſ. Landfr. *1548. & ord. Cam. p. 2. tit. 9. §. 2.* mortuo autem reo poſtlitem conteſtatam pœna illa banni adverſus hæredes in pecuniariam converti poteſt, ita factum in cauſa ducis Luneburgenſis contra viduam Wandorff in cauſ. Windelt contra Saltzen 26. Septemb. *Anno 58.* Imo etiamſi actore ante concluſionem cauſæ mortuo Inſtantia qvoad partes pereat *l. accuſatore F. d. pub. jud.* non tamen qvo ad Judicem qvi probatis qvalitatibus ex officio conventum bannire poteſt *l. 1. C. ſi reus vel accuſ. mort. C. 1. & 2. d. Coll. detegend. Ang. tr. Crim. v. comparuerunt, verſu, qværo an. 51. n. 9.* Ita factum in cavſa Johannis Branbach mortuo Philippo Comite Hanovienſi accuſatore: Magenh. d. l. Reqviſitis autem non probatis reus abſolvi debet. *l. qvi accuſare C. d. edend.* ſic fuit deciſum, in cauſa Rudolff d. Ehingen contra Nauneck 10. Nov. *Anno 1540. Gail d. l. n. 27.*

Theſ. IX.

Obſtant banno nullitas (*a.*) Abſolutio (*b*) Gratia principis (*c.*) Mors banniti (*d.*) Reviſio (*e.*)

A. (*a.*) Hinc non dicitur bannitus, qvi non rite, ſed nulliter eſt bannitus arg. *l. 4. §. 6. d. re jud. Grammat. deciſ. 29. n. 1.* Nullitas autem eſt vel in Jurisdictione, vel in Citatione, vel Proceſſu: in Jurisdictione ſi videlicet banniens eam habet nullam, vel incompetentem. Nullam, ſi ſententia feratur, in eum qvi eſt extra jurisdictionem bannientis *l. f. in d. jurisd.* Incompetentem: reſpectu cavſæ. Cavſa enim hæc reſpectu hujus pœnæ immediatè ad Cameram vel Imperatorem ſpectat, ejjusq; jurisdictionem fundat *Ord. Cam. p. 2. tit. 9. & 10. §. fin.*

Exci-

Ex citatione oritur, ubi nulla partis citatio. *Clem. paſtoralis 2. d. re jud.* Fallit tamen, ſi certum eſt, nullam parti competere defenſionem. *P orm. in C. ad noſtram X. jurejurand.* item propter periculum in mora, & potentiam adverſarii. *Anchoran. conſ. 262.* reliqvas fallentias vide apud *Marant. in ſpec. p. 6. tit. citatio per totum.*

Ex proceſſu: Si non ſecundum juris ordinem proſcriptio emanavit. *l. prolatam C. d. ſent.* atq; adeò ad hanc obſervantiam expreſſe ſeſe Impp. in capitulationibus obſtringunt, vid. *Goldaſt. Conſt. Imp. tom. 2. fol. 141.* Et Capitulationem moderni Invictisſimi Imperatoris Ferdinandi ſecundi *art. 26.* wir ſollen vnd wollen auch fürkommen. Fallit hoc in crimine notorio R. A. *Ao. 1559.* §. damit dann hinfühꝛo. *Vid. ſupr. th. 1. lit. d. Carpzov ad capit. cæſ. c. 9. n. 12.*

(*b.*) Illa abſolutio fit, vel ab Imperatore, vel Camera *l. 37. d. R. J.* hoc modo, ut nemo abſolvatur, niſi offenſo damnis, & intereſſe refuſis, Cæſariq; vel ſuæ Majeſtatis procuratori fiſci ſatisfiat. *Ord. Cam. p. 2. tit. 18. & p. 3. tit. 46. c. parochiatus X. d. ſent. excomm.* Conſenſu offenſi *d. tit. 18.* Ita factum in cauſa Heinrici Ducis Junioris Brunſuicenſis contra civitatem Imperialem Goslariam. *Mynſ. 5. obſ. 11.* Qvid ſi nolit offenſus? Judicis arbitrio, & moderationi relinqvitur *Ord. Cam. p. 2. tit. 18.* §. So auch *& p. 3. tit. 46.* §. Wo auch/ ſoluta ergo pœna. *Ord. Cam. tit. 46.* §. Wo auch: abſolutio ſubſeqvitur: publicatur primo abſolutionis ſententia: Deinde Bannitus, vel ejjus procurator ad hoc ſpecialiter conſtitutus in publico conſiſtorio Cameræ ad genua ante pedes Judicis pro tribunali procumbit, qvo procumbente Judex recitat abſolutionem banni, his ferè verbis: Demnach an ſtatt/ vnd im Nahmen/ der Römiſch. Käyſ. May. vnſers Aller gnädig-

ſten

ſten [illegible] abſolviren, vnd entledigen wir dich / N. von berührter Acht / vnd ſetzen dich wieder auß den Vnfrieden in Frieden / Käyſerl. Mayeſt. vnd deß heiligen Reichs Gnade / Schutz vnd Schirm / vnd in den Stand darin du vor ſolcher Acht geweſen biſt. *Noe. Meur. Cammer. proceſſ. p. 2. tit.* von Proceſſ der Acht *n. 27.* Effectus abſolutionis eſt, qvod talis non ſolum bonis ſed & famæ & honoribus reſtitutus intelligatur *l. fin. §. fin. C. d. ſent. paſſ.* Bonis tam feudalibus, qvam allodialibus Käyſ. Landfr. *Ao. 1548. tit.* Von der Friedbrecher. *§. 2. Kobl. d. ſervit. feud. p. 2. n. 27.* Non veniunt bona banni tempore alienata, honoresvè irrevocabiliter in aliam collati *l. 2. C. d. qradrie: præſcr. Ord. Cam. p. 2. tit. 46. §.* Wo auch *ibi* in dem Wehrd wie es der Zeit befunden wird. Niſi reſtitutio facta fuerit diſertis verbis qvo ad bona alienata: de qva. *vid. Gail. 2. p. p. ult. n. 24. Koppen dicis. 59. n. 34.* aut talia ſint bona qvæ ſine facto hominis, ex ſola diſpoſitione legis ad alium tranſeunt, aut ſuſpenduntur, ut ſunt feuda: Jura patronatus: patriæ poteſtatis: *per l. 13. princ. C. d. ſent. paſſ.* Käyſerl. Landfried *Ao. 1548. tit.* von den Landfriedbrecher *§. 2.* Nec veniunt fructus percepti. *Ord. Cam. d. tit. 46. §.* Wo auch *cir. fin. auth. idem eſt C. d. hæret.* Et ut generaliter dixerim, ea conſeqvitur bannitus, qvæ deductis rebus judiciatis & expenſis ſuperſunt *d. §.* Wo auch. In banno verò contumaciæ omnia bona reſtituuntur deductis tamen deducendis *vid. Gail. 2. p. p. ult. & Dn. P. Theod. d. l. lit. a. cir. fin.*

C. (*c.*) Jus hoc gratiam concedendi, competit ſolum Summo principi. *l. relegatis l. ad beſtias §. ex provincia. ff. d. pæn. Lancellot. templ. omn. Jud. 1. c. 1. §. 4. Plebſt. diſp. feud. 2. th. 49.* Et ita indulgentiam concedere poſſe principem cum bona conſcientia, qvandò non eſt pars qvæ accuſat, & qvando non tendit gratia in grave detrimentum Reipub.

pub. ſentit. *D. Thom. ſec. ſecund. qvæſt. 67. art. 4.* Ea gratia, autem fieri debet, potiſſimùm conſenſu partis læſæ. *l. fin. C. d. abolit. vid. A. Fab. in C. lib. 9. tit. 34. def. 1. & ſeqq.* deinde ex cauſa *arg. l. ſi ita verberatum §. ſi fortè. d. R. V. l. Lucius d. Evict Bl. in l. benè a Zenone C. d. qvadr. præſc.* prævia cognitione omnium qvalitatum *l. 3. C. d. Epiſc. aud. Alciat. in c. cum non ab homine n. 43. d. jud. Covarr. 1. var. reſol. 20 n. 2.* ne ea pro ſub & obreptitia habeatur. *Bal. in l. nemo c. d. Epiſ. aud. Menoch. d. arb. jud. Caſ. 203. n. 30.* qvæ non tantum vitiat. *c. ad audientiam X. d. reſcript. l. 5. C. ſi contr. Jus vel util. publ.* ſed & impetrans tenetur pæna falſi *l ſi qvis obrepſerit, ubi gl. & Dd. ff. ad L. Corn. d. falſ.* Effectus eſt, qvod gratia tantum trahatur ad perſonam *per. l. antep. C. d. ſent. paſſ.* non bona *l. fruſtrà 8. l. 9. & tot. tit. C. eod.* multo minus ad tertium rranslata *Stort. Odd. d. reſt. in integ. p. 2. q. 9. n. 41. Imol. in l. ſi marito ff. ſol matr.* Niſi principis gratia eſſet plenaria: *Dec. in c. qvia diligenti n. 8. d. Elect. Grammat. deciſ. 65. n. 18.* qvæ tamen fiat ex cauſa. *Abb. in c. 1. n. 1. d. parocb. Peregrin. d. jur. fic. lib. 5. tit. 2. n. 49.*

(*d.*) Delicta regulariter morte delinqventium cum pæna extinguntur. *l. defuncto d. pub. jud.* Mortuo itaqve bannito, durante banno, & ſumtibus exſecutionis non reſtitutiis, tamdiu Exſecutores bona banniti propria retinent, donec ex fructibus, ſumtus litis & exſecutionis plenè refuſi fuerint. D.

(*e.*) Nam in cauſa pacis publicæ, reviſioni locum eſſe cum Bendero ſtatuimus. *d. reviſ. concl. 34. per tot.* & ab ejjuſmodi Reviſorum ſententia Cameralem confirmante appellari neqvit. *Ord. Cam. p. 3. tit. 53.* ſi ea fuerit reformata, ad Cameram, non reviſores, ea remittenda erit, per rationes *à Bendero concl. 14. Matth. Steph. d. Jurid. lib. 2. p. 1. c. 3. membr. 1. n. 81. Ruland. d. Commiſ. lib. 2. c. 21. n. 19.* E.

n. 19 Diſs. Bender ſibi contrarius *Concl. 37. n. 31.* Deinde ea legitimo tempore interpoſita, effectum ſententiæ ſuſpendit, ut Bannitus pendente reviſione offendi neqveat, *Ord. Cam. part. 3. tit. 53. §.* im Fall aber/ *&* §. *ſeq. &* §. darauff ſol als dann *in fin.* Sic executio denegata fuit in cauſa Borgken/ Contra Brandenburg Anno 59. Ortenburg contra Beyeren Anno 53. Nürnberg contra Brandenburg Ao: 83. Heig. qvæſt. 10. n. 63. Alban. Venedig diſſ. d. Attent. th. 14. lit. B. vol. 3. diſp. Baſ.

Theſ. Vltima.

Affinia Banno ſunt Excommunicatio (*a.*) Damnatio ad turemeis (*b.*) ad perpetuos carceres (*c.*) in caſtrum limitaneum (*d.*) detruſio in monaſterium (*e.*)

A. (*a.*) Excommunicatio eſt pœna Eccleſiaſtica, qva qvis ab Eccleſia excluditur, ut ad pœnitentiam redeat, ac ſalvetur *c. nihil. 11. q. 3. Nic. Plov. d. excomm. Summ 1. n. 5. Beat. Anto. d. excom. pr.* Eſtq; major, vel minor, *c. penul. d. ſent. excom.* Cauſa ejjus eſt peccatum, *c. nemo, 11. q. 3.* Cæterum de excommunicatione vide plene *Angel. d. Clavaſio. in caſib. conſc. lit. e. verb.* Excommunicatio *Johan. d. Lignan. d. cenſur. Eccleſ. Nicol. Plov. d. excomm. Beat. Anto. d. excomm. &c.*

B. (*b.*) Ea eſt per qvam homines nihili; erratici; ſine lare & fide viventes, aut alioqvin Scelerati, condemnantur ad vincula navtica, Germanicè Auff die Galeen. Hujus meminit Val. Maxim. lib. 9. c. ult. Item Svidas. & Joſeph. antiq. Jud. lib. 17. c. 14.

C. (*c.*) Qvando qvis perpetuo mancipatur carceri, ita ut ibi vitam finire cogatur *c. novimus in fin. d. V. S. c. qvam-*

vis.

tu. d. pæn. in 6. Ea etiam primis temporibus in uſu fuit, ut videre eſt apud. *Dion.* [illegible] *lib. 1. ant.* [illegible] *Valer. Max. lib. 6. cap. 3. Cic. in orat.* [illegible] *c. poſt* [illegible] conſtitutionibus eſt inhibita *l.* [illegible] tamen in uſum rediit apud Impp. Orientales, ut patet ex *Nov.* [illegible] *Comm. c. 8.*

(*d.*) Qvando ſcil. qvis ob delictum remittitur in caſtrum aliqvod limitaneum pœnæ loco, gratis ibi operas præſtiturus contra hoſtes, Wann einer auff ein Grántzhauß geſchickt wird. D.

(*e.*) Ea olim freqventiſſima fuit: *Valateran. lib. 22. Antro polog.* Wagner *in Chron. fol. 138. Heinricus Mutius d. rebus geſt. Germ. lib. 22. fol. 259. Peucer. in Chron. lib. 5. fol. 109. Pantaleon. p. 2.* Deß Heldenbuchs *fol. 369. Dreſſer. in millenar. 6. fol. 388. Franſc. Sanſovin. in Annal. Turcic. invit Amurath.* & Juſtinianus eam ſtatuit in adulteras, *Nov. 134. c. 10. Leo in Nov. 32.* Hanc tamen in uſu eſſe deſiiſſe *ex Diaz. in pract. Crim. Jur. Can. c. 128. refert Clar. §. fin. q. 70. n. 6.* E.

Fuit & olim alia pæna pacis publicæ violatæ, Nam apud Svevos, & Francos, Principes, Comites, & Barones cogebantur publicè poſt tergum portare canem ſcabioſum. Cujac. 11. obſ. 22. de qva ſab. in Cæſarib.

Mos erat antiqvis, qvi publica commoda pacis
Cæſare turbaſſet, bella gerente foris
Totius Imperij reus in ſpectante Senatu
Ut canis Impoſitum corpore ferret onus

Et Guntherus in Ligurin. lib. 5.
Qvippè vetus mos eſt, ut ſi qvis Rege remoto
Sangvinè vel flamma, vel ſeditionis apertæ
Turbine ſeu crebris regnum vexare rapinis

Audeat, ante gravem qvam ſuſo ſangvine pæ-
nam
Excipiat ſi liber erit, de more vetuſto
Impoſitum ſcapulis ad Contigui Comitatus
Cogatur per rura Canem confinia ferre
Sin alius ſenam —— —— —— —— ——
—— —— cujus diſpendia pænæ
Ille palatinæ caſtos celeberrimus aulæ
Non potuit vitare comes, cunctisq; videndus
Portavit ſcapulis, paſſus plus mille latrantem.
Hanc qvoq; tunc alii ſimili pro crimine pænam
Suſtinuere decem comites, totidemq; coacti
Fæda tulere canes generoſo pondera collo.

Vid Widekindt Monach. *lib. 2. Oth. Friſing. d. geſt. Frid. Impe. lib. 2. c. 28. Crant. Chron. Sax. lib. 3. c. 15. Autor.* deß Monarchenbüchleins *p. 2. invitat. Imp. Frid Barb.* Spangenb. *in Chron. fol. 261. Cruſ. annal. Svev. p. 2. Fol. 424. &c.* Hæc compendij loco congeſta ſunto, ſi erraverò corrige candide lector, Nihil enim gravius qvam errantem adeo deſeri, ut ſe revocare non posſit *D. Ambr. in lib. 2. d. Cain. & Abel.* Deflectam: Boni enim ſapientisq; viri eſt, ſi erraverit in reliqvum tempus, Doctorem ſe ſibi aſciſcere. *Brus lib. 5. c. 12.*

F
I N I
S